

phania. Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus, & D. Chrylogus serm. 57. Christus diverso tempore, uno, eodemque die Magorum munere, aqua mutatione, atque Patris voce Deus trino testimonio nescitur, & serm. 160. Divus Bernardus serm. 1. de Epiphania Tres apparitiones Domini legimus, una quidem die, sed non uno tempore, & Rupert. lib. 3. de divinis officiis; cap. 24. & alij Patres relati citato loco q. 12. Quod Epiphania. hares. 31. confirmat magnis annuis miraculis sexta Janvar. die eventibus, & testatur S. Pater de re visa, ac alijs probe cognita, ut refert Baronius anno Christi 1. in Epitom. num. 13. scilicet fontem Cybres urbis Caria, alveumque Gerasa in Arabia, ac Nilum fluvium Aegypti, in vinum converti solitos ea hora, qua Christus miraculum fecit. Hæc ex citatis authoribus. Unde non sunt audiendi Baronius citatus, Salmeron; qui tenent, hoc miraculum die sexta Januarij non accidisse.

QUESTIO II.

Quomodo computanda sit tertia dies, de qua Evangelista mentionem facit?

Evangelista hunc explicans diem ait: Tertia die, ut alij legunt: in insigni illa die, tot prodigijs celebrata: sed nostra vulgata, ac Siritiacus, Tertia die, Euthymius, primò, diem tertiam dici, censet post Christi à deserto descensum. Hæc sententia nullo modo placet: quia baptisimus Christi accidit die sexta Janvarii, & post ipsum Christus tendit in desertum: ergo cum hæc nuptia extiterit etiam die sexta Janvarii, non illo, sed sequenti anno celebratae sunt. Secunda sententia est D. Epiphaniae hares. 5. 1. Rupert. lib. 2. in Joan. scilicet hanc diem tertiam numerari à novissimo Joan. testimonio, quando primi discipuli Christum sunt secuti, Joan. 1. n. 35. Sed contra hanc expositionem impleat textus magnam ingerit difficultatem: nam post Joannis testimonium duo illi discipuli nocte illa apud Dominum manserunt, num. 39. Et postquam Andreas fratrem suum adduxit ad Dominum, dicitur in text. n. 1. 43. In crastinum voluit exire in Galilæam; quæ cum multum distaret à Judæa, ad illam Dominus itinere unius diei facile devenire non poterat.

Tertio Faber Stapulensis imaginatur, diem tertiam dici à Sabbato antecedenti, hoc est, feria tertia. Sed Joannes toto cap. 1. nullam de Sabbato mentionem fecit: ergo ab illo dies hæc computari non potest. Quartò Lyran. Cajetan, diem tertiam dici, existimant, à vocatione Philip. & Nathanaëlis. Hæc expositio est valde probabilis. Tamen multo probabilior mihi videtur quinta sententia; quæ est Origenis tom. 9. in Joan. diem tertiam à Christi in Galilæam profectio numerari. Ait textus: In crastinum voluit exire in Galilæam: hoc est enim ultimum tempus ab Evangelista notatum: ac proinde die illa mane discessit à Galilæa tota illa, & sequenti iter fecit die tertia ad Galilæam accessit, est que ad nuptias invitatus. Non præteream item sextam hæc sententiam apponere, quod apud antiquos nuptialis festivitas per septem durabat dies. Quod verba abap ad Jacob comprobant Imple hebdomadam

Chrysol.
Bernard.
Rupert.
Epiph.
Baronius.
Magnum miraculum.
Euth.
Epiph.
Rupert.
Faber.
Lyran.
Cajetan.
Genes. 19.

hujus copula, & hanc quoque dabo illi, Genes. 29. num. 27. id est, 7. dies genialium solemnitatum, ut observat D. Hieron. in quæst. super Genes. D. August. similiter in suis quæst. quæst. 94. ibi Glossa interlinealis, D. Carthuf. Lyran. Cornel. à Lap. Joan. de la Haye. Dicunt ergo graves Recentiores, cum quibus est Paulus Sherlogus tom. 1. Anteloq. in Camic. Anteloq. 2. sect. 2. num. 94. quod ista tertia dies computatur ex septiduo, quia celebrabatur nuptialis festivitas. Nempe à principio mater Christi aderat; & cum à genitrice acciperent, filium JESUM esse valde humanum, atque affabilem, ita ut si invitaretur, convivium non sperneret; miserunt supplicatum, ut dignaretur nuptiarum sodalis esse. Vocatus est igitur Jesus, & discipuli ejus. Et quoniam, non à principio celebratis rogatur, serius accessit, nempe tertia nuptiarum die.

Moraliter etiam expendamus hunc diem tertium. Divus Bonaventura, Divus Thomas ait: Nec vacat mysterio, quòd die tertia nuptia facta sunt. Primus namque dies, tempus legis naturæ; secundus, tempus legis scriptæ: tertius verò dies, tempus gratiæ. Osee, 63. Vivificabit nos post duos dies: & die tertia suscitabit nos, & vivemus in conspectu ejus. Similiter D. Cyrillus lib. 1. cap. 26. Per has nuptias significatur Christi cum Ecclesia conjunctio, quæ in lege gratiæ actualiter facta est, per quam salutem consequimur. Secundò Divus Hilarius Arelatenf. homil. 1. Quæ sunt ista nuptia, ait, nisi vota, & gaudia salutis humana, quæ per confessionem Trinitatis, die tertia in hujus numeri mysterio celebrantur. Similiter Eusebius Emilsenus homil. 2. de Epiph. Christus ad has nuptias die tertia venit, quia animam, in qua elucet sanctissimæ Triados fides, & cognitio, visitat Christus, in eamque multis ditata bonis epulatur, ac aded in tanti mysterii significatione ejus tertia die venit.

In parabolis suis dixit Christus Dominus: Quis vestrum habebit amicum: & ibi ad illum media nocte, & dicit illi: Amice accomoda mihi tres panes, Luc. 1. n. 5. Sed cur homo ad ostium pulsans, (qui genus humanum præfigurabat) non duos, vel quatuor, seu quinque panes postulat, sed tantum tres: Per hos sanctæ Trinitatis signabatur mysterium, & ubi illius fides invenitur, ac retinetur maxime confidenter, homo uti amicus; ad Christum accedit, ut postulata impetret, multisque donetur, ut aperiens ostium cordis sui ad se Dominum intronit. Titus Bostrensis: Amicus cujus ostium pulsant, est Dominus, & Deus, & Servator noster JESUS CHRISTUS, Per tres autem panes fidem in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum designat. Siquidem trium harum invocatione sacrosancta hominista, & vivifica Triados constat professio. Trinitatis invocatione vera fides exhibetur, omni dono spirituali vera lux in animo fulget. In primo Orbis molimine tria luminaria creata sunt, Sol, Luna, & Stella in quibus una est lux à Sole communicata. Cur autem tota hæc machina statim in exordio triplici luminari illustratur, nisi ut donetur, quod totus etiam mundus spiritualiter à cognitione divinæ Trinitatis in unius essentia unitate lucem, atque splendorem accipiat. S. Anastasius Sinaita lib. 4. Hexæmeron, ait: Cum jam adesset Sol, Luna, & stella, cognovit mundus trinam illuminationem, & trinam lucem ejusdem simul essentia in ipsum sancta

Hieron.
August.
Inercliu.
Carthuf.
Lyran.
Corn à Lap.
De la Haye.
Sherlog.
6.
D. Bonavent.
D. Thom.
D. Thom.
Osee. 63.
Cyril.
Hilar.
Euseb.
In fide Trinitatis illu-
minat bo-
mo.
7.
Luc. 1.
Bostrensis.
4.
Athanas.

de Trinitatis. Ipsa ergo Trinitas in toto hoc opere adaperiat mentem, & dirigat stylum; ut in ejus laudem aliquid dicamus.

QUESTIO III.

Quis fuerit sponsus, & sponsa in his nuptiis?

GRAVES sunt authores, qui tenent, fuisse has nuptias Joannis Evangelistæ; qui cum duxisset uxorem, viso miraculo eam dimisit, Christumque fuit secutus. Hanc sententiam tenet Rupertus lib. 2. in Joannem, ad finem; ubi testatur; hanc esse communem opinionem, Beda tom. 7. in homil. Evang. Dixit Jesus Petro, sequere me, D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 4. ad 1. Divus Anton. 2. part. tit. 1. parte prima historiali tit. 5. Carthufianus, Lyranus, Cajetanus hinc, & eam probabilem judicant Beauxalm. & Barradas, qui eam tribuunt D. Augustino.

Contraria sententia mihi simpliciter videtur vera, quod nunquam Joannes nuptias contraxit, eam tradit D. Hieronymus advers. Iovin. lib. 1. & antiquissimus Ignatius Epist. ad Philadelph. qui eodem quo Joannes, tempore vixit, gravissimus est author, & eam numerat inter eos, qui nunquam nuptias operam dederunt; D. Epiphania hares. 5. Fundamentum est quia Joannes dicitur specialiter dilectus à Domino, quia Virgo ab ipso est electus; ergo eximia virginitas, non solum corpore, sed etiam mente. Nec videtur conveniens, quod Dominus, qui nuptias præsentia sua honorare voluit, eas suafu suo destruxit. Deinde Joannes multò post has nuptias vocatus est à Christo Domino, illum enim vocavit post Joannis Baptistæ incarcerationem, ut constat ex cap. 4. n. 21. non ergo in his nuptiis est vocatus. Et D. August. in præfatione Joannis nihil contrarium docet, ait enim, ipsum à Domino de fluctivaga nuptiarum tempestate vocatum esse. Non eo sensu dictum est, quod, cum uxorem duxisset, eam reliquerit, sed quod prorsus eam accepit. Et idemmet Augustinus tractat. ult. in Joannem, ad finem, maxime approbat sententiam asserentem: Ea de causa Joannem à Christo plus ceteris amatum, quod neque uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit. In hac etiam sententia est Cardin. Hugo. Baronius anno Christi 31. in Epitom. num. 12 & amplectitur sententiam Niceph. lib. 8. c. 30. affirmantis, fuisse hujusmodi nuptias Simonis Cananaei; qui unus ex duodecim Apollolis dictus est. Huic opinioni occasionem dedit nomen Cananae, sed pro se nullum habet firmum fundamentum, nec authorem antiquum & ided facile rejicitur.

Sponsam nuptiarum testatur Divus Antonius 3. part. summa tit. 21. §. 3. à nonnullis proditum fuisse Mariam Magdalenam, quæ ex eo, quod sponso fuerit privata libidini se tradiderit. Sed hoc nec fundamentum, nec authorem antiquum habet ac proinde concludimus, hoc nubes esse nobis ignotos.

Rupert.
Beda.
D. Thom.
D. Anton.
Carthuf.
Lyran.
Cajetan.
9.
Hieron.
D. Ignat.
Epiph.
August.
Idem.
Hugo.
Baron.
Niceph.
10.
D. Antonii.

QUESTIO IV.

Quare Evangelista nomen sponsi, & sponsae non expresserit?

UT patet evidenter ex textu sacri Evangelistæ sponsi, & sponsæ nomen omnino subiecit: imo nobis est valde occultum, ut constat ex superiori quæst. Et ad hoc respondeo primo, apud sacros Evangelistas valde frequens esse multorum nomina suppressere, nam tantum opera, & miracula Christi scribere intendebant, & ided sæpe nomina omittunt, ut nomen Reguli, Centurionis, Paralytici, cæci; ac aliorum. Secundo. Hi nubentes, ut est omnium sententia, Christi Domini consanguinei, ac amici erant; ided eorum nomina non declarantur, sed sola necessitas, quæ intervenit; Vinum non habent, ut esset manifestum, quòd Christus ad has nuptias accesserit, non carnis & sanguinis amore ductus, sed tanquam futuræ necessitatis remedium, ut præsentis penuriæ subveniret. Tertio. Hi nubentes ingratitudine notantur; cum à Christo Domino præter spem tantum impetrarent beneficium, in gratiarum actionem nec verbum perfolverunt: & ingratitude, beneficiorumque oblivio nomen maxime obscurat, & expungit.

Cum Noë vino inebriatus denudatus pudendis incompositus obdormiret, videns eum filius Cham, ac deridens fratribus nunciavit, Quod cum cognovisset Noë, filium maledictione percuciens ait: Maledictus Chanaan servus servorum erit fratribus suis, Genes. 9. num. 25. Illud hic satis celebrem quæstionem, cur non execratur Cham, qui peccavit, sed filium ejus Chanaan? D. Ambros. lib. de Noë. c. 3. 2. arbitratur, à sancto fene filium, & nepotem simul maledici, cum in eis improbitatis commune esset consortium. Sed jam crescit dubium, quare non Cham delinquens, sed filius Chanaan nominatur: Carthufianus: Cham pravus ingratus, indiscretus patrem contempsit. Cham cum parentis tantorum beneficiorum oblivione laboraret, ided ejus nomen silentio involvitur: ingratus nominatus est, & tam execrabilis apparuit Cham coram sancto se ne, ut ne ipsum nominaret, pro filio nepotem dixerit. Cum celebris illa adesset nox, in qua Aegyptiorum primogenita erant interficienda, ac Israeliticus populus spoliata civitate liber extiterus, ait textus: Vocavit Moyses omnes seniores filiorum Israël, & dixit ad eos; Exod. 12. num. 21. ut sanguine agni tingerent utrumque postem, transibit enim Dominus percuciens Aegyptios, & viso sanguine in superliminari non percuciet eos. Et tandem injunxit eis Moyses, ut disponderent ea, quæ ad populum spectabant ad egrediendum. Sed cur vitiorum, quibus tanta cura demandatur, nomina non declarantur; id vel maxime cum scripta habeantur, quando Principes Israël, & capita familiarum per omnes duodecim Tribus ad Tabernaculi, & altaris dedicationem munera obtulerunt Numer. 7. n. 2. Primus obtulit Nabassor filius Aminadab de tribus Juda: secundo die obtulit Nabanaël filius Suar, dux de tribu Issachar. ibidem num. 18. &c. ita de ceteris. Et ea nunc mihi est ratio. Hi divine beneficentiæ memores

11.
Non ratione sanguinis, sed necessitate Christi venit ad nuptias.
Ingrati sine nomine.
12.
Genes. 9.
Carthuf.
Ambros.
Exod. 12.
Numer. 7.

B. Vigil.

extiterant ut dona sua protestantur illi verò maxime obli: nam cognito tanto beneficio, nullam gratiam perolverunt. Ubi ergo grati, proprium familiar nomen obtinent, ac vocabulum; ubi autem ingrati, illo spoliatur omnino, nulloque signo notantur. B. Vigilus. Episc. Trident. lib. advers. Eutythen. Qui servidi sunt in meditatione celestium denorum, nomen suum retinent scriptum in memoriali vita, in quo nullus pravus, nullus ingratus scribitur.

QUESTIO V.

Quare in Cana Galilae celebrantur ha nuptia.

13. D. Hieron. Quare oppidum Cana.

Aranda.

14.

D. Gaudent.

Alb. Magb.

Locus accommodatus ad opus.

15.

Beda.

D. Bonavent.

D. Thom.

Transmigrationem à culpa ad gratiam

sumpsit, Mohabitae idololatrae, & infideles erant. Et ita ait D. Anton. Sic de regione Mohabide id est, diaboli servitute, zelo amoris Dei transfugit in Bethlehem, qua interpretatur domus panis; & tunc per viam amoris ei infunditur Spiritus sanctus; hic est Booz qui interpretatur, in quo est virtus.

Quare Christus Dominus semper humiliatur. Concipitur Nazareth, nascitur Bethlehen; ut primum suae divinae omnipotentiae signum edat, non Romam orbis terrarum dominam, non Jerusalem regni caput, sed Canam vicum parvum, & humilem eligit. Quinto Nathanael ut notavi in quaestione initio, ex Cana Galilae erat; & hic primus inter omnes Christi discipulos, & de ipso publica voce testatur: Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex Israel. Joan. 1. num. 49. Cum Nathanael primus inter omnes Christum glorificavit tam praelara confessione, etiam Dominus eximio voluit honore afficere, ejusque patriam tanti signi, & miraculo ostensione nobilitare Dominus de se ait: Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, 1. Regum 1. n. 30. Textus Hebr. habet: Honorantes me honorabo. Transacta diluvio in signum, quod non esset in generationibus hominum simile futurum, dixit Deus ad Noe, Hoc est signum foederis, quod do inter me, & vos; Arcum meum ponam in nubibus, &c. Genes. 9. num. 12. Nonne Dei promissio sufficiens erat; ut sanctus senex in fide data firmus esset? Ad quid ultra signum in nubibus datur? Noe, quantum constat ex sacris litteris, ut notat Pererius, fuit primus qui in Dei honorem altare aedificavit, celeberrimumque ei de cunctis peccatis obtulit holocaustum, Genes. 8. num. 20. Cum ergo sanctus senex in Dei gloriam, & exaltationem externum signum super terram permanens, nempe altare, primus posuerit, merito Deus quoque in nubibus caeli ad majorem justitiam splendorem, & honorem posuit signum. Chrysostomus homil. 28. in Genes. Vide quanto honore justum dignatur, ita cum eo nascitur, quasi homo homini loquens. Semper Dominus eximio favore honorantes se honorat.

Quaestio praesens est, cur potius hoc in loco, quam in alio ha nuptiae solemnizantur; Ratio literalis. Quia ibi commorabantur hujusmodi consanguinei, ac familiares Christi. Moraliter autem multiplex est. Et primò Divus Gaudentius tractat. 1. in Evangel. qui ordine octavus est, inquit. Non absolute ait Evangelista, sed conjunctive praesita: Et die tertia nuptiae factae sunt in Cana Galilae. Ubi? utique apud Gentes. Locus ille Gentium erat, & ibi nuptiae sunt quia Christus Ecclesiam ex Gentibus sibi in sponsam congregabat. Secundo Albertus Magnus: Ubi ista nuptiae factae sunt: & cognovit nomen provincia; quia Galilae transmigrationem facta interpretatur, & ibi literaliter facta est transmutatio creaturae aquae in vinum: & cordium quia non credentes mutati sunt in fidem Redemptoris. Christus Dominus ad id quod intendit, aptum locum semper eligit; cum verò in his nuptiis magna esset rerum permutatio faciendae, aquae scilicet in vinum, & non credentium in Christi fideles, & ita dicitur infra, Crediderunt in eum discipuli ejus; ideo Galileam, quae transmutationem significat, eligit. In operibus semper loco accommodandum.

Tertio Beda, Divus Bonaventur. Sanctus Thomas, qui ait: Cana interpretatur zelus; Galilae vero transmigrationis. In zelo ergo transmigrationis ha nuptiae celebrantur ut denunciet, eos maxime Christi conjunctione dignos existere, qui zelo pio devotionis ferventes transmigantur de statu culpae ad gratiam Ecclesiae, & de morte ad vitam. Illorum tantum nuptiae cum Christo fiunt, qui de misero statu culpae, atque mortis ad gratiam, vitamque transeunt. Hanc considerationem prosequens Divus Antonius Ulyssiponens. serm. 2. Epiphan. egregie confirmat. Nam Ruth, ut dicitur suo lib. 1. de regione Moabitide transmigravit in Bethlehem, quam Booz sibi in uxorem as-

QUESTIO VI.

Quare purissima Virgo his nuptiis praesens aderat?

UT bene notat Simon Cassianus lib. 5. cap. 17. ad has nuptias mundi Regina venerit. Agebatur à Dei spiritu; veluti filia Dei, mater; Dei sponsa Dei, nihil impertinens, atque superfluum in suis moribus apparebat, & cum his nuptiis interfuerit, justissimam credimus causam, ob quam ibi advenerit, quae licet ab Evangelista non scribatur aliqua tamen ex sanctis Patribus investigare liceat.

Ratio prima, & literalis est, in qua omnes ferè expositores conveniunt, quia hujusmodi nubentes amici erant, ac consanguinei B. Virginis, & ideo ipsa fuit invitata ut veniret ad nuptias. Ita Euthymius, Bonaventura, Cajetanus, Hugo, & alii. Secundo respondet. Albert. Magnus: Erat matrona, ut in eorum aspectu: ac doctrina; sponsa ad

Ecclesi. 15. Exemplum honestatis movet.

19. Rupert.

Virgo non contenta nuptiis.

Rupert.

Non contenta virgo non voluntaria.

20. D. Thom.

Christus D. à Virgine separari non poterat.

D. Thom.

Ecclesi. 24. Omnis qui ad Christum venit, per Virginem venit. per Virginem venit.

21. August.

Ubi necessitas, ibi velocissima Virgo.

1. Thom.

Rupert.

ad vitam honestatem informarentur. Omnis autem honestatis speculum fuit mater Christi. Ecclesi. 15. Obviavit illi, quasi mater honorificata. Et ex hoc honesta fuerunt nuptiae. Praesens exemplum movet multum, & ut sponsi omni morum probitate ac compositione instruerentur, ideo honestissimae matronae ad nuptias vocabantur & hac de causa sanctissima Dei mater est invitata.

Tertio Rupertus lib. 2. in Joan. Magnum, ait: & cunctis sancta Ecclesia spectandum ordinibus humilitatis exemplum, quod mater Iesu, virginem Domini templum, illibatam sancti Spiritus sacramentum, non aspernata est, carnalium interesse celebratae nuptiarum. Quamvis Deipara Virgo maximis Spiritus sancti donis esset conspicua, nihil tamen inde sublime sibi adscripsit, nec alios longè minora dona habentes contempsit. Proinde qui continentia, ac castitate resplendet, nec se ob id justiorē aestimet, nō aliis insultet, nec se ob id justiorē aestimet. Quarto idem Rupertus ait: Optabat enim Dei Genitrix convivantibus fieri janua caelestis beneficiis, neve illorum devotio, qui se invitaverant, fructu suo careret, neve hilaritatem praesentis rei competentem incoenata penuria contristeret. Adest Virgo, ne ea in instantum affectu contemneret videretur, sed potius ut illum castitiam donorum magnitudine recompenaret; non enim est aspernanda benigna am eorum voluntas, sed magno favore prosequenda.

Quinto D. Thomas inquirens rationem, cur prius Virgo vocata fuerit ad nuptias; Fortè ait, prius invitatur mater, quia ambigebant de Iesu, an invitus autem venisset ad nuptias, propter summam religiositatem, quam videbant in eo: & quia non viderant eum se immiscuisse convivis. Et imò puto, quòd primò consulerunt matrem, an Iesus esset vocandus. Cum Christus Dominus quandam summam pietatis ac divinitatis exhalaret odorem, cum ad has nuptias primo invitare nubentes ausi, sed sanctissimam matrem vocant, ubi namque illa aderat, ibi quodam amoris illicite Christus Dominus trahebatur, ab ea enim minime disjungere nec avelli poterat. Vide tom. 1. lib. 2. cap. 7. num. 20. Aliter, & sextò respondet idem D. Thomas: Mystice ait, in nuptiis spiritualibus est mater Iesu, Virgo scilicet beata, sicut nuptiarum conciliatrix, quia per ejus intercessionem conjungitur anima Christo per gratiam. Ecclesi. 24. In me omnis spes vitae, & virtutis. His materialibus nuptiis Virgo adest; nam in spiritualibus quae inter Deum, & hominem celebrantur, ipsa est conciliatrix; omnis enim, qui ad Christum venit, per Virginem venit, V. de lib. 1. cap. 5. num. 142. & n. 145. & cap. 6. n. 39.

Septimò D. Augustinus sermone 41. de tempore: Quam libenter, ait, Maria ad has nuptias venit, in quibus Dei mirabilia comprobant, vinum divina suggestione suggeritur defecisse. Quamvis Cana à Nazareth maxime distaret, ad illam tamen Virgo se contulit, ut ad manifestanda Dei mirabilia daretur occasio. Pro gloria Domini nulli itineri parcendum. Deinde ad has nuptias venit, praevidentem necessitatem ibi interventuram, vinique defectum, & ideo ejus praesentiam prius quam filii referunt. Imò, ut existimat S. Thomas, prius ipsa, quam filius adventit: quia ipsa à nobis invocata, aliquando fit ut citius, quam Christus Dominus in nostrum patrocinium advolet. De beata Virgine, ut exponit Ru-

pertus, dicitur Fons hortorum, puteus aquarum viventium, qua flunt impetu de Libano, Cantic. 4. num. 15. seu, ut legit D. Ambrosius lib. de Isaac ad cap. 26. Genes. in comment. Et in Psalm. 118 ad illa verba, Exitus aquarum: Fons hortorum, puteus aquae viva, & impetus descendens à Libano; hoc est, à caelesti patria Aquae sunt divinae gratiae in B. Virgine, ut explicat Ghisler. ibidem exp. 4. prout ipsa mundi Regina eas à filio suo impetratas defert fidelibus, ac devotis suis; & ita eis in auxilium accurrit, ut merito rapidissimis fluentis, atque fluminibus, Libano aliove altissimo monte dimanantibus sit assimilanda: sic B. Virgo instar ejusmodi fluentium cursu velocissimo fidelibus suis adest, Imò, ut notat idem auctor citato loco. In caelesti Patria sunt tres fontes: primus, & omnium praestantissimus Deus, ejusve Essentia, è cujus conspectu summa traducitur felicitas; de quo dicitur in Psalm. 35. n. 50. Quorum apud te est fons vitae, & in lumine tuo vidimus lumen. Alius fons Christus Dominus ejusque humanitas sanctissima, de quo annuntiat Isai. 12. num. 5. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Tertius fons Dei Genitrix Virgo. Et aquis hujus fontis tantum dicitur, quòd impetu, cursuque concitatissimo ad nos fluant, ob velocitatem magnam, quam precibus, & orationibus suis in suorum praebet auxilium. De illa Richard. Victor ad illa verba, Deo ubera tua, sicut duo himmuli ita ait: Adeo replemur ubera tua; ut alicujus miseria notitia casta lac fundant miseriam cordia, nec possis miseras scire, & non subvenire.

Quarto idem Rupertus ait: Optabat enim Dei Genitrix convivantibus fieri janua caelestis beneficiis, neve illorum devotio, qui se invitaverant, fructu suo careret, neve hilaritatem praesentis rei competentem incoenata penuria contristeret. Adest Virgo, ne ea in instantum affectu contemneret videretur, sed potius ut illum castitiam donorum magnitudine recompenaret; non enim est aspernanda benigna am eorum voluntas, sed magno favore prosequenda.

Quinto D. Thomas inquirens rationem, cur prius Virgo vocata fuerit ad nuptias; Fortè ait, prius invitatur mater, quia ambigebant de Iesu, an invitus autem venisset ad nuptias, propter summam religiositatem, quam videbant in eo: & quia non viderant eum se immiscuisse convivis. Et imò puto, quòd primò consulerunt matrem, an Iesus esset vocandus. Cum Christus Dominus quandam summam pietatis ac divinitatis exhalaret odorem, cum ad has nuptias primo invitare nubentes ausi, sed sanctissimam matrem vocant, ubi namque illa aderat, ibi quodam amoris illicite Christus Dominus trahebatur, ab ea enim minime disjungere nec avelli poterat. Vide tom. 1. lib. 2. cap. 7. num. 20. Aliter, & sextò respondet idem D. Thomas: Mystice ait, in nuptiis spiritualibus est mater Iesu, Virgo scilicet beata, sicut nuptiarum conciliatrix, quia per ejus intercessionem conjungitur anima Christo per gratiam. Ecclesi. 24. In me omnis spes vitae, & virtutis. His materialibus nuptiis Virgo adest; nam in spiritualibus quae inter Deum, & hominem celebrantur, ipsa est conciliatrix; omnis enim, qui ad Christum venit, per Virginem venit, V. de lib. 1. cap. 5. num. 142. & n. 145. & cap. 6. n. 39.

Ioannis 2. num. 2. Vocatus est autem & Jesus, & discipuli ejus ad nuptias.

VERSIONES.

Syriacus. Quin & ipse Iescha, ac discipuli ejus vocatus est ad illud convivium. D. Aug. tract. 8. Venerat autem illuc invitatus ad nuptias, &c.

EXPOSITIO.

QUA mater Iesu ibi erat, ideo ipse vocatus est, notat D. Thom. cit. superiori quaest. & indicat illa particula &. Quod propter matrem vocatus fuerit, notat Tertullian. lib. de Monogamia cap. 8. quod semel unas nuptias coenat. Et discipuli ejus; etiam illi invitati sunt, ut advertit D. Chrysost. Alb. Magb. & designat illa particula &. Certissimum est, quod Dominus cum discipulis suis fuerit praesens: nam quamquam vocati poterant non venire, tamen clarè constat venisse: & quod Dominus ibi affuerit, evidens est ex toto miraculo. Dominus non tantum verbis, sed operibus potius, ac beneficiis praesentiam suam voluit declarari. Discipuli ejus ibi etiam erant viso miraculo in fide profecerunt; dicitur enim infra: Et crediderunt in eum discipuli ejus.

Can. 4. Ambros.

Ghisler.

Psalm. 35.

Isai. 12.

Rich. Vict.

D. Thom.

Tertullian.

Chrysost.

Alb. Magb.

Dei praesentia operibus potius, quam verbis declaravit.